

Christian Ohm Johannes Deien

Disputatio Septima De Usufructu, Usu Et Habitatione

Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730620425>

Druck Freier  Zugang



DISPUTATIO SEPTIMA
DE
USUFRUCTU, USU
ET HABITATIONE. = *Neutrismus*

Quam

Duce & auspice Christo

*Consensu & autoritate Amplissimi ICeorum ordinis in celeberrimâ
Rostochiensium Academia*

PRÆSIDE

Clariss. & Consultissimo viro,

DN. CHRISTIANO *D H M*
J. U. D.

PUBLICÈ HABEBIT
IOHANNES DEIE

Osnabr. VVestph.


In Auditorio majori ad diem 19. Septemb.



I. D. 187. 45.

ROSTOCHII
Typis exscripsit Ioachimus Pedanus, Anno 1612.

R. U. jur 1612 Ohm, Christianu/c



T H E S I S I.



Est vindicationes rerum corporalium, sequitur ut de vindicatione rerum incorporalium, id est, servitutum agamus, quæ & ipsæ vindicari possunt. §. *aquæ. 2. Inst. de Act.*

I I.

Servitutes, quia sunt personarum, vel rerum; prius de illis, post de his videbimus.

I I I.

Ex illis est ususfructus, quem Paulus Ictus definit, jus alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia. Est enim jus in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est *l. 1. & 2. ff. h. t.*

I V.

Dividitur ususfructus in verum & quasi. Ille in rebus quæ usu non consumuntur, hic in rebus, quæ usu consumuntur, consistit. §. *constituitur. 2. Inst. h. t. l. 2. ff. de usufr. ear. rer. qua us. consum.*

V.

Constituitur autem vel ipso jure, vel à judice, vel à domino.

V I.

Ipso jure patri in bonis adventitijs filij. *pr. Inst. per quas pers. cuiq; acquir. l. cum oportet. 6. C. de bon. qualib. & in bonis liberorum emancipatorum pro parte dimidia. §. hoc quoq; 2. Inst. d. t. d. l. cum oportet. §. 3. item matri transeanti ad secundas nuptias, in bonis quæ habuit ex lucro nuptiali. auth. uxore cum seq. C. de secun. nupt. Vel ex successione filij prioris mariti. auth. ex testamento C. d. t.*

V I I.

Diuturno quoq; usu & longa quasi possessione ususfructus constituitur. *l. si. C. de præscr. long. temp. arg. l. si quis 10. ff. si servit. vind.*

V I I I.

A judice ususfructus constituitur in judicijs divisorijs, fa-

milie eriscundæ & communi dividundo: Si iudex alij proprietatem adjudicaverit, alij usufructum. *l. usufructus 6. §. constituitur 1. ff. h. t.*

I X.

A Domino tam inter vivos per contractus & pactiones, quàm per ultimas voluntates constituitur. *§. usufructu. 1. Inst. h. t. l. omnium 3. in pr. ff. h. t.*

X.

Nuda tamen conventionione usufructus inter vivos non acquiritur, sed quasi traditione, vel patientia opus est. Secus in usufructu per ultimam voluntatem constituto, qui ipso jure acquiritur. *l. si ego 11. §. 1. ff. de Publ. in rem act. l. si partem 19. §. 1. ff. quemad. serv. amitt.*

X I.

Dies usufructus legati non prius cedit, quàm hereditas adeatur. Tunc enim constituitur usufructus, cum quis jam frui potest. Si tamen ex die legetur, dies ejus nondum cedit, nisi cum dies venit. *l. un. §. 2. & 3. ff. quand. dies usuf. leg. ced.*

X I I.

Constituitur usufructus non tantum in fundo & ædibus, verum etiam in servis & jumentis, & cæteris rebus, exceptis ijs quæ usu consumuntur. Nam hæ res neq; naturali, neq; civili ratione, recipiunt usufructum. *§. constituitur 2. Inst. h. t. l. 3. §. 1. ff. cod.*

X I I I.

Omnium bonorum usufructum posse legari: nisi excedat dodrantis æstimationem Celsus lib. trigesimo secundo digestorum, & Julianus libro sexagesimo primo scribit, & est verius. *l. omnium 29. ff. h. t.*

X I V.

Universorum bonorum, an singularum rerum usufructus legetur, hæctenus interesse Julianus putat: quod si ædes incensæ fuerint, usufructus specialiter ædium legatus peti non potest. Bonorum autem usufructu legato aræ usufructus peti poterit *l. quotiens 34. §. ff. h. t.*

For-

Forma usufructus est, ut patientia constituentis & usurpatione ejus, cui constitutus est, introducatur. *arg. l. 3. h. t.*

Usufructus vel pure, vel sub conditione, item in diem, vel ex die: & ab initio pro parte indivisa, vel divisa constitui potest. *l. usufructus 4. in fi. l. sub conditione 54. ff. h. t.*

Finis & effectus usufructus est uti frui re aliena ad vitam tantum, non ulterius. *§. finitur 3. Inst. h. t. l. sicut 3. §. si quib. mod. usufr. amit.*

Unde omnes fructus qui ex re percipiuntur, & percipi possunt, ad usufructuarium pertinent. *l. usufructu 7. in pr. l. item fundi 9. in pro l. arbores 59. §. 1. ff. h. t.*

Fructus tamen non aliter fiunt fructuarij, quàm si ipse, eos, vel alius ejus nomine perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis discesserit, ad heredes ejus non pertinent, sed domino proprietatis acquiruntur. *§. si vero 37. Inst. de rer. div. l. arboribus 12. §. si. h. t.*

Usufructuarius vel ipse frui eâ re, vel alij fruendam concedere, vel locare, vel vendere potest. Nam & qui locat, & qui vendit utitur. Sed & si alij precario concedat, vel donet Ulp. putat eum uti, atq; ideo retineri usumfructum. *l. arboribus 12. §. 2. ff. h. t. l. cui usufructus 67. eod.*

Quoniam igitur omnis fructus rei ad eum pertinet; reficere quoq; eum ædes per arbitrum cogi Celsus scribit. Hactenus tamen, ut facta tecta habeat. *l. usufructu. 7. §. 2. ff. h. t.*

Unde Celsus de modo facta tecta habendi quærit: si quæ vetustate corruerunt, reficere non cogitur. Modica igitur re-

fectio ad eum pertineat, quoniam & alia onera agnoscit usufructu legato: utputa stipendium, vel tributum, vel salarium, vel alimenta ab ea re relicta. Et ita Marcellus libro tertio decimo scribit. *d. l. usufructu. §. 2.*

XXIII.

Sicut stipendia cibariorum in servum, cuius usufructus ad aliquem pertinet, ita & valetudinis impendia ad eum respicere naturam manifestum est. *l. sicut 45. ff. h. t.*

XXIV.

Porro agri usufructu legato, in locum demortuarum arborum alia substituenda sunt: & priores ad fructuarium pertinent. Arbores tamen vi tempestatis, non culpa fructuarij everlas, ab eo substitui non placet. *l. agri. 18. §. l. arbores 59. ff. h. t.*

XXV.

Planè si gregis, vel armenti sit usufructus legatus: debet ex adnatis gregem supplere, id est, in locum capitum defunctorum, vel inutilium alia summittere. *l. vetus 68. cum l. seq. h. t.*

XXVI.

Cæterum cum salva debeat manere rei substantia, æquissimum prætori visum est usufructuarium cavere, & usurum se boni viri arbitratu, & cum usufructus ad eum pertinere, desinet, restitutum quod inde exabit. *l. 1. usufr. quemad. cav.*

XXVII.

Utilius autem visum est, stipulatione de hoc caveri, ut, si quis non viri boni arbitratu utatur, committeretur stipulatio statim, nec expectabimus, ut amittatur usufructus. *d. l. 1. §. 5.*

XXVIII.

Habet autem stipulatio ista duas causas: unam, si aliter quis utatur, quam vir bonus arbitrabitur; aliam, de usufructu restituendo. Quarum prior statim committeretur, quam aliter fuerit usus: & sæpius committeretur: sequens committeretur finito usufructu. *d. l. 1. §. 6.*

XXIX.

Cautionem hanc non nudam promissione, sed satisfactione & sic fidejussoribus fieri oportet. *l. si cuius 13. in pr. ff. h. t. junctâ l. pratoria 7. ff. de Prat. stipul.*

Ad

Ad usumfructum constitutum acquirendum nascitur actio ex eo contractu, quo promissus est: vel ex testamento si ex ultimavoluntate debeatur, quâ usufructuarius contra constituentem, vel heredes ipsius ad tradendum usumfructum experitur. *l. corruptionem pen. C. h. t. l. repeti 5. §. ff. quib. mod. usufr. amitt.*

In usufructu acquisito si impediatur, actio confessoria aduersus impediendum comparata est, §. *equè 2. Inst. de Act. l. 1. in pr. ff. si seruit pet.*

Usufructuario tamen utilis seruitutum prædio fructuario debitarum vindicatio non datur *d. l. 1.*

Porro finitur usufructus variis modis: morte usufructuarij, cû jus fruendi morte extinguatur. & duabus capitum deminutionibus, maxima & media. §. *finitur. 3. Inst. h. t. l. sicut 3. in fi. quib. mod. usufr. amit.*

Cum civitati usufructus relictus est, quia neq; morte, nec facillè capitum deminutione periturus est; qua ratione proprietas inutilis esset futura abscedente usufructu, placet 100. annis eum extingui, quia is finis vitæ longævi hominis est. *l. an usufructus 56. ff. h. t.*

Filijfam. capitum deminutione magnâ, vel mediâ, vel morte, vel emancipatione, cui relictus est usufructus, non extinguitur, sed in patris personam transit. *l. ex libris fi. C. h. t.*

Finitur quoq; usufructus non utendo per modum & tempus. Nam si usufructum habens, eo non utatur 10. annis inter præsentem, & 20. inter absentes extinguitur §. *finitur 3. Inst. h. t. l. cum talis fi. C. de servit.*

Item finitur usufructus si domino proprietatis ab usufructuario cedatur. Nam cedendo extraneo nihil agitur. *d. §. finitur.* Ex contrario si usufructuarius proprietatem rei acquisierit, quæ res consolidatio appellatur. *d. §. finitur. l. si tibi 17. quib. mod. usufr. amit.*

Tempora quoq; aut conditione existente sub qua relictus est
usu-

ususfructus amittitur, adeo ut si postea aliquid perceptum fuerit, reddi debeat. *l. ususfructus §. ff. h. r. l. si pater §. C. eod.*

XXXIX.

Eo amplius constat totius rei interitu, mutatione & occupatione hostili extingui ususfructum. Posteriore tamen casu, si res ab hostibus capta, ad suos redierit, jure postliminij restituetur ususfructus. *arg. l. 2. ff. h. r. l. repeti §. §. si. quib. mod. ususfr. amis. l. si ager. 26. eod.*

X L.

Cum autem finitus fuerit ususfructus, revertitur scilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nuda proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem. Si tamen duobus vel pluribus conjunctim sit legatus, deficientis portio alteri adcrefcit, nec ad proprietatem redit. *§. fin. Inst. h. r. t. t. ff. de jur. adcrefc.*

X L I.

Cum autem conjunctio fiat vel re, vel verbis, vel re & verbis simul, *l. triplici 142. de V. S.* inter conjunctos usufructuarios re & verbis simul, & re tantum, *l. 1. de usufr. adcrefc. §. si eadem 8. Inst. de legat.* non etiam verbis tantum jus adcrefcendi locum habet. *l. si ita quis. 66. ff. de hered. inst. arg. l. 3. in pr. l. pen. ff. de usufr. adcrefc. juncta l. re conjuncti 89. de leg. 3.*

X L I I.

Hæc de vero usufructu: Utilitatis tamen causa senatus censuit, ut remedio cautionis earum rerum quæ usu consumuntur, vel minuuntur usufructus legari possit. *l. 1. & 2. ff. de usufr. ear. rev. & c.*

X L I I I.

Restat ut de usu paucis agamus; qui est jus alienis rebus utendi salva rerum substantia. Iisdemq; illis modis, quibus usufructus constituitur, constitui solet. Iisdemq; illis modis finitur, quibus & usufructus desinit. *pr. Inst. de usu & habit. l. 1. ff. eod.*

X L I V.

Minus autem juris est in usu quam in usufructu. Nam cui usus relictus est, uti potest, frui non potest, nec ulli alij jus quod habet, aut vendere, aut gratis concedere potest, cum is qui usufructum habet, hæc omnia facere possit. *§. 1. Inst. d. t. l. 2. l. 8. ff. eod.*

X L V.

Quod si cui habitatio legata sive aliquo modo constituta sit, neq; usus videtur, neq; usufructus, sed quasi proprium aliquod jus, quod tamen usum imitatur, nisi quod capitis diminutione & non utendo non amittitur. *§. sed si 5. Inst. d. t. l. si habitatio 10. ff. eod.*

•••(•)•••

XXX.

Ad usum fructum constitutum acqui-
ex eo contractu, quo promissus est: vel
má voluntate debeatur, quá usufructuarii
vel heredes ipsius ad tradendum usu-
l. corruptionem pen. C. h. t. l. repeti s. S. ff.

XXXI.

In usufructu acquisito si impediatur
adversus impediendum comparata est, §
in pr. ff. si servit pet.

XXXII.

Usufructuario tamen utilis servitutum
tarum vindicatio non datur. *d. l. i.*

XXXIII.

Porro finitur usufructus variis modis
cú jus fruendi morte extinguatur. & duabus
maxima & media. §. finitur. 3. *Inst. h. t. l. sicut 3.*

XXXIV.

Cum civitati usufructus relictus est, qui-
le capitis deminutione periturus est; qua ratio
esset futura abscedente usufructu, placet totum
quia is finis vitæ longævi hominis est. *l. an usu-*

XXXV.

Filijsfam. capitis deminutione magnâ,
vel emancipatione, cui relictus est usufructus
in patris personam transiit. *l. ex libris ff. C. h. t.*

XXXVI.

Finitur quoque usufructus non utendo.
Nam si usufructum habens, eo non utatur 10.
& 20. inter absentes extinguatur §. finitur 3. *Inst.*


XXXVII.

Item finitur usufructus si domino prop-
rio cedatur, Nam cedendo extraneo nihil agitur
trario si usufructuarius proprietatem rei acqui-
lidatio appellatur. *d. §. finitur. l. si tibi 17. quib. m.*

XXXVIII.

Tempora quoque aut conditione existent

the scale towards document



itur actio
si ex ulti-
stituentē,
experitur.
usufr. amitt.

fessoria
de Act. l. i.

ario debi-

fructuarij,
tionibus,
usufr. amitt.

, nec faci-
as inutilis
extingui,
l. i.

el morte,
nitor, sed

tempus.
ra sentes,
C. de servit.

usufructua-
t. Ex con-
es conso-

lictus est
usus-